



Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XCIII. De Victoria in qua de Juliaco & Marcha Comites Sambitarum
Tria millia occiderunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Popo de Osterna VI. Mag. Gen. Ord. Teut.

Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia.

CAP. XCIII.

De

*Victoria in qua de Juliaco & Marcha
Comites Sambitarum Tria millia oc-
ciderunt.*

His variis tribulationibus concussi fratres & Christi fideles terræ Pruschiæ, jam pene deficientes, consternati mente planixerunt planctu magno, quo usque in eis deficerent lachrymæ, nec poterant alter alterum consolari, quia timebant sibi Deum nimis offenditum. Jam duobus annis pugnaverant & eis semper deficientibus hostes fidei præfecerant; Unde humili & contrito corde elevatis oculis in cœlum cum lachrymis clama- verunt pro auxilio ad Dominum & exaudivit eos. Misit enim de (a) Juliaco & de Marcha Engelbertum Comites cum magna potentia pugnatorum, qui anno Dn. MCCLXII. in Vigilia B. Vincentii circa horam vesperarum venerunt ad Castrum Kunnigsbergk & volebant eo die propugnacula Sambitarum, quibus Castrum Kunnigsbergk obsecsum fuerat, expugnare; Sed fratres quia modicū super erat diei ad tam grande bellum disvales- runt. Mane facto dum Exercitus Christianorum ad impugnan- dum propugnacula vellet accedere, unus de Sambitis non remansit, relictis propugnaculis & recesserant, & viam occupave- rant peregrinis, de quo comes Juliacensis commotus, recessit cum exercitu, nesciens insidias sibi positas in via, præmisit ergo de consilio fratum nuncios, qui viarum discrimina prævide- rent, quorum unus scilicet Stanteko, qui cum custodibus Sam- bitarum convenerat, vulneratus graviter cum extracto gladio

Bb,

& cru-

*Poppo de Osterna VI. Magister Gen. Ordinis Teut.
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia.*

& cruentato prodidit insidias; Unde peregrini comperaverunt se ad bellum & Comes de Marcha Equites & alii pedites invaserunt eos hostiliter, sic quod divino protecti adjutorio gloriose de hostibus triumphabant, aliis gladio trucidatis, aliquibus tergavertentibus, quibusdam cedentibus ad Villam, quæ quondam Calige etiam Sclume dicitur, de qua cum maxima difficultate fuerant expugnati. Oportuit enim omnes fratres & eorum amigeros de Kunnigsbergk advocari, hi viriliter eos fuerunt aggressi, & post longum bellum, in quo ex utraque parte plures vulnerati & mortui ceciderunt, omnes inter fecerunt. Sicque DEO propitio die illâ Sambitarum & aliorum Pruthenorum ultra tria millia sunt occisa, eodem die revoluto, anno, quo confititus fuit in Pocaryvis.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Nomine Wilhelmum *Vid. Adelarius Erichius lib. 5. Chron. Julia censis cap. 14. fol. 245. b. & 289.*
- (b) Engelbertus I. qui totam vitam suam in ejusmodi expeditionibus contrivit. Hujus posteri deinde Cliviam, & successu temporis etiam Julianum & Bergam adepti sunt. *Vid. Adelarius Erich. lib. VI. Chron. Jul. cap. 6. & 9.*

CAP. XCIV.

Prænósticatione hujus Victoriae.

Hanc Stragem Sambitarum prædixit quidam Pruthenus & sic affirmativè confirmabat ipsum futurum, quod ausus fuit dicere sub pœna capitûs sui, nescio quo spiritu ad fratres de Kunnigsberg: In die B. Vincentii Sambitæ occidentur. Sed cum exercitus eodem die recederet, improperatum fuit ei mendacium,

et d d